Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Augustus

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

M·D·LXV:·



AVGVSTVS:·



Secretario Schuanbacs absente
scripta.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maxi &c.

Ad Rempub. Lucensem responsoria, et pro eiusdem ad Cæs. Mtem Oratoris recès defuncti, relictis liberis cõmendatia.

Nobiles, Spectabiles, fideles dilecti. Ex nobili quondam nro, et Sacri Imperij fideli dilecto Joanne Tegrini Oratore, missu uestro ad nos delegato, quanta in Nos fide sitis et obsequentia, coram satis et perspicue magna nostra cum delectatione cognouimus et deprehendimus, In hoc presertim, quod in his inopinatis belli Turcici motibus syncritate Vram, ante quidem Augustiss. Imperatoribus Diuis Predecessoribus nris, et nobis ipsis quoq; luculenter comprobatam et commendatam, nunc quoq; liberali uestro reuerenter nobis oblato munere comprobatiorem et comendatiorem reddere nobis studueritis: quam equidem singularem ac euidentem peculiarem erga Nos, et Sacrum Imperium obseruantiæ testificationem omni debinc Cæsarea gra et beneuolentia nra summa cum propensione nunq; non clementer rursus prosequendam statuimus: Ita, ut ubicunq; eius inclytæ Reipublicæ uestræ Imperialisq; Ciuitatis nobis charissimæ iuuandæ, fouendæ, tuendæ, et euehendæ occasia sese obtulerit, eam nos omni loco et tempore benignissime et gratiosissime

assumpturos

assumptuos, uobis certò persuasum esse uelimus:
Et quidem ut ista Vestra oia satisfactionem uber:
rimam Nobis peperêre Ita è contrà non potuit
non p dicti Oratoris apud Nos uestri ex huma:
nis nuper sublati obitus accidere pergs molestus:
Quem uirum quia ob egregias uirtutes suas, et in
Rempub. Vestram singulare studium ac amore,
charum habuimus, eum diutius in uiuis, et nobis:
cum pro uoluntate Omnipotentis prospère degere
ualuisse optauissemus. Quandoquidem uerò id
fata non permisêre, ut in relictos eius liberos
uoluntatis et gratiæ nræ constet inditium. Vo:
bis eosdem optimè comendatos haberi benig:
ne cupimus: quemadmodum Vos, ut hactenus
factum, promptos et paratos fore non diffidimus:
Nosqs gra et fauore nro. quo uos semper singu:
lari atqs adeo summa nra benevolentia com:
plectimur uicissim recolituri. Datæ Viennæ
Austriæ. vi.ta Augusti Anno 2d. M.D.LXV.

Maximilianus etc.

655 Epo Abiensi,

Supplicauit

Supplicauit nobis honorabilis noster fidelis dilectus
Leonardus Villinus Theologiae Doctor, et uniuersi:
tatis ꝑa Viennensis professor, humiliter petens
Vt amanuensi suo benemerito Georgio Bogowich,
pauperi sed bonae frugis et expeditionis studioso,
ad urgenda foeliciter inchoata sua bonarum
literarum studia pro suppetijs ad consequendu
in Cathedrali Ecclia Zagabriensi Canonicatum
aliquem, qui ꝗ proxime uacaturus sit, apud
Deuotionem tuam clementer adiumento esse ꝑa
dignaremur authoritate: Nos itaq; pro eo,
quo erga bonas ꝛras, harumq; cultores, eos ꝑser:
tim, qui uel Ecclesiae uel Reipublicae Christi
et comodum de se excitare et spondere nobis
uidentur, propenso semper sumus animo, ho:
nestis et aequis eiusmodi precib. deesse uolu:
imus: Proinde quod in nobis est libenter et
gratiose ꝑstamus, Deuotionemq; tuam benig:
ne hoc nomine hortamur et requirimus, Vt di:
cto Georgio Bogwich Hungaro, ijsq; in partibus
oriundo, Canonicatum, qui primo quoquo tem

pore

pore in dicta Eccl̃ia Lagabrien̄. uacauerit con:
ferre, et eundem de eo ante discessum promissis
Pr̃sentibus certificare uelit eidemq̃ addicere: Quę:
admodum Deuo.rm Tuam non tantum ratione sui
muneris posse, sed nro quoq̃ noie parat̃issimè uel:
le nihil addubitamus: fecerit in eo sanè
Dis.nio T. opus pietate et laude sua dignum,
nobis uero etiam gratum, Quodq̃ uicissim cle:
mentes fauore nro recognoscemus. Vienne
XXX Augusti Anno Dn̄i M.D.LXV.